adversus, quod[m] dubiis casibus subiacet[n] bellorum eventus et sumptuum, quos guerre requirunt, non est terminus neque finis, incitamenta guerrarum, quociens[p] adversus ipsum surrexerunt, multa paciencia dissimulabat, aliquando quidem adversitates[q] donativis sive peccuniis redimendo, memorans dictum sapientis videlicet quod melius est marsupiis[r] accomodare dolores, quam mentem curis continuis anxiari. Ad hec[s] supportabant[t] ipsum ab invasione hostilium cuneorum felices gaze rerum necessariarum, quibus ipse super universos potentes et dominos ecclesie, vicinos sive conterminos, presertim in vino et frumento et ceteris victualibus excellenciis habundabat, quarum habundancia emulis, ne contra ipsum insurgerent, fuit terror. Fuit siquidem[x] statura procerus, corpore[y] et aspectu pulcher, in conversacione tractabilis, in negociis conciliarius[z] expeditus, sermone facundus, ingenio prudens et perspicuus, in status magnificencia gloriosus, in hospitalitate dapsilis, atque magnificus, in gesta habitu et incessu et morum gravitate plurimum venerandus, i In[a]

cessores, quorum tunc vigebat memoria, tam in sumptu expensarum, in exhibicione hospitalitatis epularum[o], in gestu, incessu, in habitu, in gravitate morum plurimum gloriosus. Propter quod in curia imperatoris, quam ipse propter suam consiliativam industriam sepius frequentabat, ac ubicumque principes et prelati convenerunt, tam ab ipso augusto et imperii proceribus archiepiscopis episcopis et prelatis principibus quoque secularibus, quam ab ipso domino Johanne excellenti Francorum rege, cuius familiarem habuit noticiam, honorabatur ut pater et velut[u] dominus[v] in veneracione et reputacione non modica habebatur.[w] Paucas quidem suo tempore notabiles cum potentibus tulit guerras, licet levibus sepe laceraretur inimiciciis[x] et stimularetur iniuriis, quod in rebus fortunatis, cum fortuna prospera et status sublimis absque emulacione non consistant, non assolet esse rarum. Ipse enim considerans dubios fore bellorum eventus et sumptuum, quos requirunt, non esse terminum neque finem, incitamenta guerrarum, quociens suscitabantur, nimia

m) quibus 4.4'.4". n) subiacent 3. o) in hospitalitate et exhibicione epistolarum (!) 6; epularum 6. p) Quot 2. quocies 4.4'.4" q) diversitates 3. r) marsubiis 1.3. s) Adhuc 1.2. t) superportabant 3. u) velud 5. v) doctoris (!) 6. w) tractabatur 6.6'. x') itaque 1. x) inimicis 5. y) corpore deest 1.4.4'.4". z) conciliarius et exp. 1. consiliare 2. consiliarius et 4.4'.4". a) Hic finis cod. 3, qui in fine folii desinit. Sequitur liber Jordani Osnab. canonici de prerogativis imperii, eadem manu scriptus.